

- solvatur ad rationem, ut supra pro examine.
55. Pro quacumque informatione Judici facienda, cum ostensione actorum, jurium, vel testium, si qui adsint, a quinque duca tis infra, nihil.
56. A quinque, usque ad decem bon. sex.
57. Ab inde supra bon. septem cum dimidio.
58. Et unica tantum informatio in omnibus casibus solvatur.
59. Et si fiat extractus, vel registrum, ubi juxta reformationem fieri licet, nihil solvatur pro informatione.
60. Pro nota sententiae diffinitivae, & pro quocumque decreto vim diffinitivae habente, usque ad summam scutorum quinque, bon. tres.
61. Usque ad decem bon. septem cum dimidio.
62. Usque ad viginti, bon. viginti quinque.
63. Usque ad quamcumque summam, bon. quadraginta quinque.
64. Pro quocumque mandato vigore sententiae, servatis servandis, vel causa cognita, usque ad summam scutorum quinque, bon. quinque.
65. Usque ad decem, bon. septem cum dimidio.
66. Usque ad viginti, bon. viginti quinque.
67. Usque ad quamcumque summam, bon. quadraginta quinque.
68. Pro copia cujuslibet commissionis, bon. decem.
69. Pro copia simplicis cujuslibet instrumenti in actis rogati, bon. septem cum dimidio.
70. Pro copia subscripta pro fide eorundem, bon. decem.
71. Pro copia articulorum si sit magna scriptura, bon. decem.
72. Pro copia cujuslibet petitionis partiti, juramenti, allegationis, & cujuscumque alterius acti judicialis in actis facti, bon. duo.
73. Pro mandato de evacuando domum, bon. viginti quinque.
74. Pro quocumque mandato de consignandis pignoribus, bon. tres.
75. Pro quocumque decreto confessionis debiti, bon. duo.
76. Pro quibuscumque literis, & declaratoris vigore monitorii, vel illarum loco mandato in contumaciam, bon. triginta septem cum dimidio.
77. Pro quibuscumque literis excommunicatoris, sive declaratoris, vigore obligationis in forma Camerae, vel monitorii reintegrati, vel mandato loco illarum, usque ad summam viginti quinque scutorum, bon. triginta septem cum dimidio.
78. A viginti quinque usque ad quamcumque summam, bon. quinquaginta.
79. Pro absolutione a censuris, bon. septem cum dimidio.
80. Pro instrumento absolutionis a censuris, idem solvatur, prout in literis.
81. Pro quocumque brachio seculari, solvatur duplum ad rationem summam praedictam.

82. Pro monitorio extra Urbem in illius districtu, bon. viginti.
83. Pro rogitu instrumenti possessionis intra moenia Urbis, bon. triginta septem cum dimidio.
84. Extra vero moenia Urbis, arbitrio Judicis.
85. Pro inventario de bonis extra officium, bon. quinquaginta.
86. Pro mercede publicorum instrumentorum, servantur statuta Urbis.
87. In causis a quinque scutis infra specificentur materiae in actis, & examinentur testes absque articulis, & interrogatoriis, & Notarius teneatur super generalibus examinare, & si pars voluerit dare interrogatoria, concordet Notarium.
88. Et si agatur de bonis, & non de pecuniarum quantitibus, stetur arbitrio Judicis quae taxa solvi debeat.
89. Pro extractibus fiendis juxta reformationem Sanctissimi, & non aliter, pro quolibet folio bene scripto juxta distam reformationem *sub rub. de registris*, bon. sex.
90. In causis vero commissariis, juxta praedictam reformationem, pro compartitionibus, & relaxationibus, nihil recipiatur.
91. Et in omnibus casibus solvatur, prout in aliis Urbis Tribunalibus solvi solitum, & consuetum est.
92. A pauperibus, & miserabilibus personis nihil, de paupertate, & miserabilitate stetur relationi Advocati, vel Procuraris pauperum.

Taxa Notariorum Auditoris Camerae.

Reformatio Curiae A. Cest super Constit.
LXXXIX.

§. III.

1. **I**N causis ordinariis ad hoc forum pertinentibus, etiam quod adit commissio quocumque tempore impetrata, exigatur, ut infra.
2. Pro expeditionibus, quando sunt plures personae consortes, etiam si sint Congregationes, Collegia, Capitula, vel Universitates, non nisi pro uno tantum exigatur, prout, & in reformatione Sanctissimi sancitum est *sub rub. de Notariis*. §. *Pro expeditionibus*. *Est hic supra num. 79.*
3. Pro Monitorio speciali ad partes, julii novem.
4. Pro Monitorio speciali per edictum, julii undecim.
5. Pro Monitorio in vim Bullae Eugenianae, julii duodecim.
6. Pro Eugeniana per edictum, jul. quindecim.
7. Pro Monitorio in vim Bullae Coenae Domini, jul. duodecim.
8. Pro citatione cum inhibitione vigore appellationis extra Curiam, cum inferiorne Instrumenti sententiae, a qua appellatur, julii decem.
9. Pro Instrumento remissoriae, julii novem.

10. Pro

10. Pro Instrumento litis pendente extra Curiam, julii novem.
11. Pro transumpto simplici unius Bullae, vel Instrumenti, aut cedulae, vel etiam plurium similium, seu aliorum jurium in eodem transumpto descriptorum, si fuerint in forma probanti, jul. duodecim.
12. Si vero in forma, *vidimus*, julii novem.
13. Habita tamen ratione excessus scripturarum arbitrio Judicis quoad laborem Notarii.
14. Pro sequestro extra Curiam, julii novem.
15. Pro literis supervivenciae, quae non taxentur, comprehenso sigillo, julii quatuor.
16. Pro fide legalitatis apponenda in Instrumentis Notariorum, in totum una cum sigillo, jul. duo.
17. Pro mandato de exequendo, julii novem.
18. Pro nota sententiae, nihil.
19. Pro sportulis, nihil.
20. In causis commissariis juxta reformationem Sanctissimi, *sub rub. de Audito-re Camerae*. §. *in causis*.
21. Pro citatione vigore commissionis absque inhibitione extra Curiam, julii novem.
22. Pro citatione cum inhibitione simplici, jul. undecim.
23. Pro citatione cum inhibitione sub censuris, jul. quatuordecim.
24. Pro citatione cum inhibitione sub censuris per edictum, etiam pro necessario examine, jul. decem, & octo.
25. Pro inhibitione simplici extra Curiam, jul. novem.
26. Pro inhibitione extra Curiam sub censuris, jul. duodecim.
27. Pro inhibitione in Curiam, bonon. triginta quinque.
28. Pro Monitorio speciali, julii quindecim.
29. Pro Instrumento remissoriae, julii duodecim.
30. Pro notis sententiarum diffinitivarum, quae in scriptis proferuntur in prima instantia, scuta quatuor, id est julii quadraginta.
31. In secunda instantia, jul. triginta.
32. In tertia instantia, jul. viginti.
33. Pro nota absolutoria ab observacione judicii, jul. quindecim.
34. Pro nota interlocutoriae, jul. quindecim.
35. Pro nota declaratoriae, jul. octo.
36. Pro mandato de exequendo, julii quindecim.
37. Pro sequestro, jul. quindecim.
38. Pro sportulis Judicum, pro sententiis definitivis in scriptis proferendis, non ultra id, quod in aliis Curiae Tribunalibus ordinariis, olim sel. recor. Pio Papa Quarto, & nuper a Sanctissimo praescriptum, & innovatum est, *sub rub. de sportulis*.
Et est hic supra.
39. In ceteris actis, scripturis, & expe-

- ditionibus infra scriptis, sive causa sint ordinaria, sive commissariae, solvatur, ut infra, videlicet.
40. Pro compulso rialibus generalibus, sive specialibus, julii duodecim.
41. Pro palmo rotuli remissoriae, qui sit linearem triginta, & qualibet linea sit syllabarum decem, & octo, jul. tres.
42. Pro Instrumento litis pendente in Curia, bonon. quadraginta quinque.
43. Pro interdicto speciali, julii quindecim.
44. Pro Instrumento relaxationis interdicti, jul. quindecim.
45. Pro exequutorialibus, julii triginta sex.
46. Pro mandato de immittendo in possessionem, vigore literarum Apostolicarum, seu Brevis, jul. decem.
47. Pro absolutione, sive absolutionis commissione pro uno, jul. novem.
48. Pro duobus litis consortibus, julii quatuordecim.
49. Pro tribus litis consortibus, julii decem, & octo.
50. Pro quatuor litis consortibus, julii viginti tres.
51. Ultra quatuor quotcumque addantur personae litis consortes, nihil augeatur pretium expeditionis.
52. Pro Capitulo, Collegio, Confraternitate, aut Universitate, jul. quinquaginta.
53. Pro Instrumento absolutionis, jul. duodecim.
54. Pro decretis a Judice non ex scripto prolatis, etiam vim definitivae habentibus, nihil.
55. Pro nota eorundem, nihil.
56. Pro sportulis eorundem, nihil.
57. Pro simplici fide, etiam plurium actorum, jul. duo.
58. Pro examine testium cum articulis, & interrogatoriis in causa estimationis, a quinquaginta scutis supra usque ad quamcumque summam, si articuli non excedant numerum viginti quinque, & interrogatoria numerum triginta quinque, in Domo, vel officio Notarii, jul. quatuor.
59. Extra officium, non ultra duplum.
60. In causa estimationis, a quinquaginta scutis infra, ad rationem jul. undecim pro scuto, solvatur tantum pro dimidio.
61. Quod si articali excedant numerum viginti quinque, & interrogatoria triginta quinque, solvatur merces Notario arbitrio Judicis.
62. Pro Instrumento sententiae, si extrahatur, jul. quindecim.
63. Pro Instrumento declaratoriae, non tamen vigore obligationis in forma Camerae, jul. duodecim.
64. Pro brachio seculari ob non partitionem monitorii, aut literarum Apostolicarum, vel exequutorialium, jul. triginta.
65. Pro mandato suspicionis fugae, usque ad quamcumque summam, etiam vim obligationis Cameralis, & etiam parte citata decreto, jul. quatuor cum dimidio.
66. Pro

66. Pro Mandato de consignando vigore sequestri, etiam ubi pro illius verificatione debitor prius fuisset conventus via exequutiva, vigore obligationis Cameralis, jul. quatuor cum dimidio.

67. Pro mandato de consignandis pignoribus, subastandis, aut deliberandis, jul. quatuor cum dimidio.

68. Pro mandato de relaxando pro debito civili, jul. quatuor cum dimidio.

69. Pro mandato in causis civilibus loco literarum, pro parva summa, jul. quatuor cum dimidio.

70. Computato in his omnibus mandatis julio sigilli.

71. Pro mandato exequutivo, sive brachio seculari, ubi ejus invocatione opus fuerit per omnia expedito omnibus comprehensis, ab uno scuto usque ad quindecim ad rationem jul. undecim pro scuto, julii quatuor cum dimidio.

72. A scutis quindecim, usque ad viginti quinque ad eandem rationem, julii vigintiduo.

73. A scutis viginti quinque, usque ad quingentos ad eandem rationem, jul. triginta tres.

74. A scutis quingentis, usque ad mille ad eandem rationem, jul. sexaginta sex.

75. A scutis mille, usque ad quamcumque summam ad eandem rationem, scuta undecim.

76. Pro censuris Ecclesiasticis, vel in expeditione mandati exequutivi, seu brachii secularis, vel scorum ab eo, nihil.

77. Neque usquam alias, nisi ubi ad illas rite processum fuerit re ipsa.

78. Pro declaratoria, aggravatoria, & re-aggravatoria simul junctis, & totali earum omnium expeditione ubi ad eas rite processum fuerit, & non alias, exigatur tantumdem, quantum pro mandato, seu brachio seculari, habita distinctione summarum, ut supra, ita ut omnes impensa utriusque expeditionis tam mandati scilicet, vel brachii secularis, quam censurarum simul juncta, duplum non excedat ejus pretii, quod pro mandato, seu brachio seculari pro qualibet dictarum summarum taxatum est, excepta ultima majori summa, videlicet a mille supra, in qua etiam si contigat ultra, vel post mandatum exequutivum, seu brachiumulare censuras quoque relaxari, nihil earum nomine exigatur, sed tantum ultra pretium solius mandati, seu brachii secularis, ut supra taxatum, accipi possit iusta merces pro scriptura.

79. Nec umquam cogantur partes invitata cum mandato exequutivo, vel brachio seculari, censurarum quoque expeditionem accipere, aut earum expeditionis pretium solvere, etiam si ad censuras ipsas in subsidium contra contumacem Iudex comminando rite processerit, & extra loca temporali dominio S. R. E. subiecta, vel etiam extra Italiam expeditio mittenda foret.

80. Et ubi quisquam legitime servatis processibus utramque expeditionem, mandati scilicet, vel brachii secularis, & cen-

surarum eodem tempore habere voluerit, tunc apponatur verbis expressis in ipsa expeditione quoad censuras, ne eis pretium, quod illarum ratione expendit, ullo modo repetere possit ab his contra quos decreta, & prolata fuerunt, nisi adversus eosdem vigore mandati exequutivi, seu brachii secularis, non satisfaciens, aut alias non parentes censuris ipsis, uti necesse fuerit.

81. Pro duplicatis, etiam post quodcumque tempus expeditis, nihil prater scripturam mercedem.

82. Pro sigillo parvo appenso in qualibet expeditione, si non adsit minor taxa solvatur tantum, jul. unus.

83. Pro mandatis exequutivis, vel aliis quibuscumque expeditionibus, Notarii nihil recipiant, nisi illis effectualiter partibus consignatis.

84. Nec partes cogantur accipere aliquam expeditionem, nisi quam voluerint.

85. Pauperibus expeditiones in forma pauperum, miserabilibus vero gratis omnino tradant, etiam scripturam mercedem, distinctio vero istarum personarum, Judicis arbitrio remittitur.

86. Pro terminis coram Iudice servandis, Judicibus informandis, scripturis ad eos deferendis, seu etiam in officio perquirendis, registris, seu extractibus transportandis, & aliis hujusmodi, Notarii, vel eorum Substituti, Scribae, & Copista, etiam nomine regalium, seu bialiorum, nihil proferunt, etiam a sponte dantibus accipiant.

87. In causis criminalibus expeditionum, quae erunt ejusdem generis, seu hominis, cujus sunt superscriptae, pretium augeri non possit ultra tertiam partem ejus, quod supra in civilibus praescriptum est.

88. In registris, extractibus, copiis indiciorum, & alterius quam supradicti generis, seu nominis expeditionibus criminalibus, servetur Taxa aliis Tribunalibus ordinariis Urbis in criminalibus praescripta.

89. Pro rogitu Instrumentorum, cassatione, & pro rogitu Testamentorum, & aliorum, servetur Constitutio Sanctiss. D. N. sub rubr. de Notariis, §. Pro rogitu cujuslibet. §. Pro cassatione. §. In tradendis, & §. Pro rogitu Testamentorum.

90. Pro mercede Instrumentorum, seu Testamentorum publicatorum, ab uno scuto usque ad viginti quinque, bonon. quadraginta quinque.

91. A scutis viginti quinque, usque ad quinquaginta, jul. septem cum dimidio.

92. A scutis quinquaginta, usque ad centum, scutum unum.

93. A scutis centum, usque ad quingenta, pro quolibet centenatio scut. unum.

94. A scutis quingentis, usque ad quamcumque summam, pro quolibet centenatio, jul. duo.

95. Dummodo in totum, usque ad centum scuta pro qualibet summa, & non ultra recipere valeant.

96. Pro quocumque deposito cujuscumque

que summa, vel rei, per cedulam, vel sine nihil recipiatur.

97. Pro restitutione vero cedulae, vel depositi, usque ad summam scutorum quadraginta quinque inclusive, recipiant Notarii omni casu, bonon. duos tantum pro quolibet scuto, nec aliud quicquam, neque pro restitutione cedulae, neque pro mandato, neque pro quietatione.

98. A scutis quadraginta quinque supra, usque ad quamcumque summam, quando depositum est factum ante mandati relaxationem, absque conditione, vel protestatione extrinseca. Cum consensu quod consignetur adimpletis conventis, & facta legitima quietatione, tunc pro mandato de consignando habeat Notarius, jul. quatuor cum dimidio, & alios quatuor cum dimidio pro consignatione cedulae, & non ultra.

99. Quando vero depositum est cum protestatione, vel conditione extrinseca non conventa in scriptura cujus vigore agitur, adeo quod oriatur super ea decretum, tunc pro mand. de consignando illud habeat Notarius tantum, quantum solveretur pro mandato illius summae exequutivo, & amplius, jul. quatuor cum dimidio pro restitutione cedulae, si consignetur in totum, sin minus, jul. unum pro quietatione summae, qua consignabitur, & non ultra.

100. Quando depositum est factum post mandati exequutivi relaxationem, quomodocumque fiat, etiam quod plura desuper fieri decreta contingat, numquam habeat Notarius nisi, julii quatuor cum dimidio pro mandato de consignando, & totidem pro restitutione cedulae, & quietantia, si integrum consignetur, alioqui ultra mandati praedicti mercedem habeat, jul. unum pro quietantia, ut supra, & nihil amplius in quolibet praedictorum casuum.

101. Pro restitutione scripturarum, quarumcumque in eodem termino productarum, etiam si plures sint, jul. quatuor cum dimidio.

102. Pro quibuscumque copiis, bene, & una margine descriptis ad instar originalis, pro quolibet folio jul. unum.

103. Pro contradiculis, quod vere solvitur officio contradiclarum, & non amplius.

Taxa Notariorum Rotae.

Reformatio hujus Tribunalis habetur supra in constitut. CLXXXIX. §. 5.

§. IV.

1. Pro quolibet centenatio foliorum registri boni facti juxta reformationem Sanctissimi sub tit. de registris, jul. sexaginta. Est hic sup. fol.

2. Pro quolibet folio copiarum instar boni originalis, bon. septem cum dimidio.

3. Pro rubricatura cujuslibet centenarii foliorum processus de partibus facta juxta reformationem Sanctissimi sub tit. de registris. §. Rubricella, & §. Processus de par. Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

tibus, & §. Notarii Rotae, jul. viginti quinque. Est hic sup. fol. 281. n. 16. 17. & 24.

4. Pro rubricatura Testium de partibus, pro medietate.

5. Et idem solvatur de processibus per alium quam Notarium rubricatis in Curia, nisi quod deducatur ad favorem partis tantum, quantum solvisset Notarius cause Copista rubricanti.

6. De aliis vero processibus rubricatis in partibus, in quorum rubricatura, nihil est corrigendum, addendum, vel minuendum, solvantur pro revisione cujuslibet centenarii, jul. quindecim.

7. Pro citatione simplici extra Curiam, jul. septem cum dimidio.

8. Pro citatione cum inhibitione extra Curiam, jul. quindecim.

9. Pro citatione cum inhibitione per edictum extra Curiam, vel sub censuris, jul. quindecim.

10. Pro inhibitione simplici facta in Curia, bonon. triginta septem cum dimidio.

11. Pro inhibitione simplici extra Curiam sub censuris, jul. undecim, & bon. duo cum dimidio.

12. Pro citatione ad valvas in Curia, tempore feriarum, bon. quindecim.

13. Pro compulsoria generali extra Curiam, jul. septem cum dimidio.

14. Pro compulsoria speciali extra Curiam, jul. quindecim.

15. Pro arresto generali, jul. tres.

16. Pro Instrumento remissoriae ad partes, jul. quindecim.

17. Pro quolibet palmo rotuli remissoriae, numerati juxta reformationem Sanctissimi sub tit. de Notariis omnium Tribunalium. §. Literae remissoriales, jul. septem cum dimidio.

18. Et si remissoria consignatur non facto registro, depositum reguletur ad rationem sexaginta foliorum registri, excomputandum postea in mercede registri.

19. Pro quolibet sequestro extra Curiam cum illius instrumento jul. quindecim.

20. Pro instrumento revocationis, seu relaxationis sequestri jul. septem cum dimidio.

21. Pro monitorio poenali in eventum citatorio extra Curiam, jul. quindecim.

22. Pro literis excommunicationis in Curia ob non solutam mercedem Notarii, vel alias, bon. triginta septem cum dimidio.

23. Pro mandato de reportando registrum, acta, vel processus, seu de perquirendo, jul. quatuor cum dimidio.

24. Pro nota sententiae diffinitivae in prima instantia, jul. triginta septem cum dimidio.

25. In secunda instantia, jul. triginta.

26. In tertia instantia, jul. vigintiduo cum dimidio.

27. Pro Instrumento sententiae diffinitivae, jul. quindecim.

28. Pro Instrumento diffinitivae sententiae cum taxatione expensarum, jul. vigintiduo cum dimidio.

29. Pro Instrumento taxationis expensarum

- rum ad partem jul. septem cum dimidio.
30. Pro nota sententiæ interlocutoriæ, nihil.
31. Pro literis exequutorialibus, sive eorum instrumento ultra depositum scutorum quatuor cum dimidio, excomputandum posita in mercede registri, julii quindecim.
32. Pro nota sententiæ declaratoriæ vigore monitorii, vel literarum exequutorialium, jul. septem cum dimidio.
33. Pro instrumento sententiæ declaratoriæ, jul. quindecim.
34. Pro instrumento aggravationis ad partem, jul. quindecim.
35. Pro instrumento reaggravationis ad partem, jul. quindecim.
36. Pro instrumento interdicti ad partem, jul. quindecim.
37. Pro instrumento brachii secularis per se, & simpliciter absque declaratione, jul. triginta.
38. Pro instrumento absolutionis ab excommunicationis sententiâ, sive commissionis ejusdem absolutionis in partibus faciendâ, etiam si fuerint plures, sive Communitas, Capitulum, aut Collegium, in eadem causâ, & expeditione, jul. quindecim.
39. Pro mandato exequutivo cujuscumque summæ, jul. triginta.
40. Pro mandato de manutenendo, reintegrando, sive de immittendo, julii triginta.
41. Et si dentur non confecto registro, liceat exigere depositum pro foliis quinquaginta, excomputandum ut supra in mercede registri.
42. Pro instrumento cessionis juris, litis, & causæ, sive litis, & causæ dumtaxat, si extrahatur conjunctim, vel separatim, jul. septem cum dimidio.
43. Pro nota, seu rogatu instrumenti hujusmodi cessionis, bon. triginta septem cum dimidio, videlicet quando non extrahitur instrumentum, sed si extrahatur, tunc in extractione dicti instrumenti defalcatur dicta summa, bon. triginta septem cum dimidio.
44. Pro instrumento processus subrogationis in jure cujusvis, jul. quindecim.
45. Pro examine testis in domo Notarii jurati coram Domino, bon. triginta septem cum dimidio.
46. Extra domum, vel officium Notarii, jul. septem cum dimidio.
47. Et si articuli excedant numerum viginti quinque, & interrogatoria triginta, habeatur ratio excessivitatis juxta laborem Notarii.
48. Pro copiis testium publicorum, sive in partibus, sive in Curia examinatorum solvatur, prout de foliis registorum dictum est.
49. Pro quocumque instrumento, sive prorogationis remissoriæ, sive mutationis Judicum, vel alicujus intimationis, aut alio quovis actu judiciali in publicam formam redacto, jul. septem cum dimidio.
50. Pro quocumque deposito cujuscumque summæ, vel rei, per cedulam, vel sine nihil recipiatur.

51. Pro restitutione vero cedulæ, vel depositi, usque ad summam scutorum quadraginta quinque inclusive, recipiant Notarii omni casu bon. duos tantum pro quolibet scuto, nec aliud quicquam, neque pro restitutione cedulæ, neque pro mandato, neque pro quietatione.

52. A scutis quadraginta quinque supra, usque ad quamcumque summam, quando depositum est factum ante mandati relaxationem, absque conditione, vel protestatione extrinseca, cum consensu quod consignetur adimpletis conventis, & facta legitima quietatione, tunc pro mandato de consignando habeat Notarius jul. quatuor cum dimidio, & alios quatuor cum dimidio pro consignatione cedulæ, & non ultra.

53. Quando vero depositum est cum protestatione, vel conditione extrinseca non conventa in scriptura cujus vigore agitur, adeo quod oriatur super ea decretum, tunc pro mandato de consignando illud habeat Notarius tantum, quantum solveretur pro mandato illius summæ exequutivo, & amplius julios quatuor cum dimidio pro restitutione cedulæ, si consignetur in totum, sin minus, jul. unum pro quietatione summæ quæ consignabitur, & non ultra.

54. Quando depositum est factum post mandati exequutivi relaxationem quomodocumque fiat, etiam quod plura desuper fieri decreta contingat, numquam habeat Notarius nisi julios quatuor cum dimidio pro mandato de consignando, & totidem pro restitutione cedulæ, & quietantia, si integrum consignetur, alioquin ultra mandati prædicti mercedem habeat julium unum pro quietantia, ut supra, & nihil amplius in quolibet prædictorum casuum.

Taxa Archivi.

§. V.

1. Pro quolibet folio copię factæ instar boni originalis, bon. sex.
2. Pro fide cujuslibet primi actus, jul. quatuor cum dimidio.
3. Et si fuerint plures, addantur jul. duo pro quolibet actu.
4. Pro quolibet centenario registri boni juxta reformationem Sanctissimi sub rubr. de registris, jul. quadraginta quatuor.
5. Pro quolibet centenario rubricatorum processus de partibus, jul. viginti.
6. Testes, qui non rubricantur, solvantur pro medietate.
7. Processus habiti vigore remissoriæ, seu compulsoriæ, & alii, etiam non excedentes folia vigintiduo, non registrentur, & circa rubricaturam fiat numeratio juxta dictam reformationem Sanctissimi sub rubr. de registris.
8. Pro nota sententiæ in prima instantia coram Referendario, jul. triginta.
9. In secunda, jul. viginti.
10. In tertia, jul. quindecim.
11. Pro nota sententiæ interlocutoriæ, jul. quinque.

12. Pro

12. Pro nota sententiæ declaratoriæ, jul. quinque.
13. Pro instrumento declaratoriæ, jul. sex.
14. Pro brachio seculari, jul. decem, & octo.
15. Pro nota sententiæ absolutoriæ a censuris, jul. quinque.
16. Pro instrumento absolutionis, etiam si fuerint plures, aut Capitulum, Communitas, vel Collegium in eadem expeditione, & causâ, jul. sex.
17. Pro instrumento reintrusionis in censuras similiter ut supra, jul. sex.
18. Pro quolibet teste examinato in officio, jul. quatuor cum dimidio.
19. Extra officium duplum.
20. Et si materiæ fuerint excessivæ in officio, jul. sex.
21. Extra officium duplum.
22. Excessivitas intelligatur si articuli excedant numerum viginti quinque, & interrogatoria numerum triginta quinque.
23. Pro publicatione, seu summario testium, solvatur modo quo supra, & habeatur respectus ad excessivitatem modo prædicto.
24. Pro mandato de manutenendo, jul. decem.
25. Et si fuerit vigore sententiæ, jul. quindecim.
26. Pro simili de restituendo, & repouendo, jul. quindecim.
27. Pro mandato de subhastando extra Curiam, jul. septem cum dimidio.
28. In Curia, jul. quatuor cum dimidio.
29. Pro alio de deliberando, in Curia, & extra tantundem.
30. Pro citatione cum inhibitione in Curia, jul. quatuor cum dimidio.
31. Pro simili extra Curiam absque censuris, jul. decem.
32. Pro citatione cum inhibitione sub censuris extra Curiam, jul. duodecim.
33. Pro citatione simplici extra Curiam, jul. septem cum dimidio.
34. Pro compulsoriis generalibus, jul. octo.
35. Pro compulsoriis specialibus, jul. decem.
36. Pro monitorio poenali vigore commissionis, jul. octo.
37. Pro sequestro extra Curiam, jul. octo.
38. Pro instrumento relaxationis illius, jul. sex.
39. Pro mandato de consignando pecunias, res, & bona postquam fuit relaxatum mandatum exequutivum extra Curiam, jul. novem.
40. In Curia, jul. sex.
41. Pro instrumento intimationis litis, cessionis, & similibus, jul. sex.
42. Pro mandato exequutivo extra Curiam, jul. viginti quinque.
43. In Curia, jul. vigintiduo.
44. Pro mandato de exequendo extra Curiam, jul. octo.

Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

45. Pro fide decreti, seu simili mandato in Curia, jul. quatuor.
46. Pro instrumento remissoriæ, jul. quindecim.
47. Pro literis missivis, etiam cum articulis, & interrogatoriis introclusis, jul. novem.
48. Pro instrumento prorogationis termini remissoriæ, seu deputationis Judicum, jul. sex.
49. Pro quolibet palmo rotuli remissoriæ factæ juxta reformationem Sanctissimi sub rubr. de Notariis, §. literas remissoriales, jul. quinque.
50. Pro instrumento subdelegationis, jul. decem.
51. Pro mandato de immittendo in possessionem, solvatur tantum, quantum pro mandato exequutivo, in Curia, & extra.
52. Pro deposito quocumque, etiam cedularum, nihil solvatur.
53. Pro restitutione vero cedulæ, vel depositi, usque ad summam scutorum quadraginta quinque inclusive, recipiant Notarii omni casu bon. duos tantum pro quolibet scuto, nec aliud quicquam, neque pro restitutione cedulæ, neque pro mandato, neque pro quietatione.
54. A scutis quadraginta quinque supra, usque ad quamcumque summam, quando depositum est factum ante mandati relaxationem absque conditione, vel protestatione extrinseca, cum consensu quod consignetur adimpletis conventis, & facta legitima quietatione, tunc pro mandato de consignando habeat Notarius julios quatuor cum dimidio, & alios quatuor cum dimidio pro consignatione cedulæ, & non ultra.
55. Quando vero depositum est cum protestatione, vel conditione extrinseca non conventa in scriptura cujus vigore agitur, adeo quod oriatur super ea decretum, tunc pro mandato de consignando illud habeat Notarius tantum, quantum solveretur pro mandato illius summæ exequutivo, & amplius julios quatuor cum dimidio pro restitutione cedulæ si consignetur in totum, sin minus julium unum pro quietatione summæ, quæ consignabitur, & non ultra.
56. Quando depositum est factum post mandati exequutivi relaxationem quomodocumque fiat, etiam quod plura desuper fieri decreta contingat, numquam habeat Notarius nisi julios quatuor cum dimidio pro mandato de consignando, & totidem pro restitutione cedulæ, & quietantia, si integrum consignetur, alioquin ultra mandati prædicti mercedem, habeat julium unum pro quietantia, ut supra, & nil amplius in quolibet prædictorum casuum.
57. Pro restitutione quarumcumque scripturarum simul, & eodem actu restituendarum, jul. quatuor.
58. Et si fuerint excessivæ habeatur respectus quoad copiam a Notario faciendam, & in actis dimittendam.
59. Item, quod pro registratura quoruncumque mandatorum, & aliorum instrumentorum, pro quibus solet fieri depositum.

positum in Rota, solvantur folia quinquaginta registri, quod tamen omnino fiat.

60. In causis coram Cardinalibus solvatur duplum juxta solitum.

61. In causis Cardinalium, videlicet pro Cardinalibus propriis, & aliorum privilegiorum servetur solitum eorumdem privilegiorum.

62. Pro pauperibus tam presentibus, quam absentibus, servetur reformatio Sanctissimi, sub titulo de registris, veris pauperibus, est hic supra n. 21.

63. Pro duplicatis solvatur medietas omnium supradictorum.

Taxa Notariorum causarum criminalium
Gubernatoris, Auditoris Camerae,
Vicarii, Senatoris, ac
Judicis Burgi.

Reformatio Judicium criminalium est supra
in Conslit. CLXXXIX. §. 10.

§. VI.

1. Pro receptione querelae ex officio, vel ad instantiam partis, sive in officio, sive extra officium, nihil.
2. Pro examine testium pro informatione Curiae sive in officio, sive extra officium similiter ex officio, vel ad instantiam partis, nihil.
3. Pro examine reorum in carceribus, nihil.
4. Pro quolibet monitorio, inhibitione, vel sequestro in Curia cum clausula: *Si quis*, bon. tres.
5. Pro inhibitione, arresto, monitorio, vel sequestro, sine dicta clausula, bon. quinque.
6. Pro quolibet significatione, cum fidejussione, sive obligatione, bon. quindecim.
7. Pro simili significatione absque fidejussione, & obligatione, bon. decem.
8. Pro monitorio poenali, citatione, inhibitione, sequestro, arresto, aut alio quovis instrumento, sive in Curia, sive extra Curiam, sive auctoritate ordinaria, sive commissaria pro Fisco, nihil.
9. Pro simili monitorio in Curia in vim commissionis, si adest instigator secretus, vel apertus, bona trigintaseptem cum dimidio.
10. Pro monitorio, vel sequestro extra Curiam auctoritate ordinaria si adest instigator, ut supra, bon. viginti quinque.
11. Pro monitorio, vel sequestro extra Curiam in vim commissionis, si adest similis instigator secretus, vel apertus, scutum unum.
12. Pro inhibitione in Curia vigore commissionis ad instantiam partis, vel si adest instigator, ut supra, bon. trigintaseptem cum dimidio.
13. Pro inhibitione simili extra Curiam, jul. sex.
14. Pro citatione etiam cum inhibitione vigore commissionis, etiam per edictum

extra Curiam ad instantiam partis, vel si adest instigator ut supra, scutum unum.

15. Pro compulsoribus generalibus, vel specialibus extra Curiam vigore commissionis, scutum unum.

16. Pro instrumento remissoriae, scutum unum.

17. Pro quolibet palmo rotuli remissoriae factae juxta reformationem Sanctissimi sub rubr. de Nosariis §. literas remissoriales, bon. triginta septem cum dimidio.

18. Pro literis missivis pro examinandis testibus extra Curiam loco remissoriae, jul. duo.

19. Pro literis declaratoris ob non partitionem monitorii extra Curiam, jul. septem cum dimidio.

20. Si in causa commissaria, scutum unum.

21. Pro brachio seculari similiter ob non partitionem monitorii extra Curiam in causa ordinaria, scutum unum cum dimidio.

22. Pro brachio seculari, vel mandato exequutivo loco exequutorialium extra Curiam in causa commissaria, scuta duo cum dimidio.

23. Pro mandato de capiendo extra Curiam auctoritate ordinaria ad instantiam partis, vel instigatoris secreti, vel aperti, bon. viginti quinque.

24. Si in causa commissaria, scutum unum.

25. Pro edicto tempore vacantiarum, bon. quinque.

26. Pro comparitione, relatione, jurium productione, vel aliis quibusvis actis pro Fisco, nihil.

27. Pro qualibet relatione, comparitione, protestatione, jurium productione, vel alio actu parte instante, ubi non sit extractus, vel registrum, bon. duo.

28. Pro actu depositi pecuniarum, vel cedulae, nihil.

29. Pro consignatione depositi, pro quolibet scuto bon. unum.

30. Pro consignatione pignoris, vel rei depositatae, in totum, bon. septem cum dimidio.

31. Pro examine cujuslibet testis in causa capitali, vel in qua veniret imponenda poena corporis afflictiva, cum articulis, & interrogatoriis, vel cum interventu Judicis, vel Fisci in officio, vel domo ipsius Judicis, jul. quinque.

32. Si extra domum, & officium etiam si testis sit egregius, vel illustris, super eisdem, scut. unum.

33. Si absque interrogatoriis, & interventu Judicis, & Fisci, vel super bona fama, aut super uno, vel duobus articulis tantum in officio, jul. duo.

34. Si extra officium, etiam si testis sit illustris, ut supra, jul. quatuor.

35. Pro examine testis in aliis causis non capitalibus super articulis, & interrogatoriis, vel cum interventu Judicis, vel Fisci in officio, jul. tres.

36. Si extra officium etiam si testis sit egregius, vel illustris, jul. quinque.

egregius, vel illustris, jul. quinque.

37. Si absque interrogatoriis, & interventu Judicis, vel Fisci in officio, bon. quindecim.

38. Si extra officium, bon. viginti quinque.

39. Si materiae in articulis, vel interrogatoriis fuerint excessivae, in quolibet ex casibus praedictis augeri possit taxa juxta excessivitatem arbitrio Judicis.

40. Pro examine testis in officio summarie absque articulis, & interrogatoriis, jul. unus.

41. Si extra officium, bon. quindecim.

42. Pro ostensione depositionis testium publicatorum absque copia solvatur medietas ejus, quod solutum fuerit pro examine respective.

43. Pro copia ipsius depositionis testium, pro quolibet folio facti in forma boni extractus juxta reformationem Sanctissimi, sub rubr. de registris. bon. sex.

44. Pro quolibet folio copia indiciorum continente lineas viginti quatuor, & pro qualibet linea duodecim syllabas ad minus, si unus tantum reus fuerit, bon. quinque.

45. Si duo, vel plures rei fuerint, etiam pro Collegio, Universitate, vel Capitulo, eandem copiam simul omnibus dare teneantur, & pro quolibet folio simili, bon. septem cum dimidio ad summum.

46. Pro quolibet folio extractus facti juxta praedictam reformationem Sanctissimi, etiam si fuerint plures rei, vel adherentes in eadem causa bon. sex, dummodo in aliquo ex praedictis Tribunalibus minor taxa non existat, quam omnino servari volumus.

47. Pro quolibet folio boni registri facti juxta dictam reformationem in causis, in quibus illa fieri licet, solvatur idem.

48. Pro quolibet centenario rubricaturae processus de partibus scut. unum cum dimidio.

49. Pro mandato de relaxando aliquem in causa capitali, vel alia in qua veniret imponenda poena corporis afflictiva, ubi praecesserint indicia, & reus fuerit examinatus, non tamen fuerit lata, & subscripta sententia, jul. quinque.

50. Ubi vero reus praecedentibus indicibus examinatus fuerit condemnatus, vel etiam tam ante, quam post composuerit, aut solverit poenam, seu ex gratia poena ei remissa fuerit, scutum unum.

51. Pro mandato de relaxando aliquem in alia causa ubi praecedunt indicia, & reus componat, vel poenam solvat, aut condemnatus ex gratia liberetur, jul. tres.

52. In aliis vero quibusvis casibus pro simili mandato de excarcerando, jul. duo.

53. Pro praecocepto inuncto illi, qui excarceratur, nihil.

54. Pro rogitu cujuslibet fidejussionis in officio, vel carcere, jul. unus.

55. Si extra officium, & carcerem, jul. duo.

56. Pro mandato de capiendo aliquem

pro indicibus, vel pro Curiae informatione, nihil.

57. Pro mandato de capiendo pro cautione de non offendendo, bon. septem cum dimidio.

58. Pro non gravetur, bon. quinque.

59. Pro mandato de evacuando servatis servandis, jul. duo.

60. Pro inventario in causa capitali, scut. unum.

61. Pro simili inventario facti mandato Judicis in quavis alia causa criminali, jul. quinque, & plus, vel minus arbitrio Judicis.

62. Et pro simili inventario in causa civili si fieri contingat, jul. duo.

63. Pro estimatione, subhaftatione, & venditione bonorum mobilium, vel fementium Fisco incorporatorum usque ad valorem scut. decem, bon. quindecim.

64. A scut. decem usque ad viginti, jul. tres.

65. A scut. viginti usque ad quinquaginta, bon. sexagintaquinque.

66. A scut. quinquaginta usque ad centum, scutum unum.

67. A scutis centum usque ad quingenta, scuta duo.

68. A scutis quingentis usque ad quamcumque summam scuta tria, & non plus.

69. Pro adeptione possessionis bonorum stabiliu Fisco incorporatorum intra moenia, scutum unum.

70. Si extra solvatur juxta importantiam causae, & distantiam loci arbitrio Judicis.

71. Pro subhaftatione, venditione, & deliberatione similibus bonorum stabiliu usque ad valorem scutorum centum, scut. unum.

72. Ab inde supra capiatur arbitrio ejusdem Judicis.

73. Pro nota sententiae definitivae, declaratoriae, vel interlocutoriae in quavis instantia pro Fisco, nihil.

74. Pro nota sententiae absolutoriae definitivae in causa capitali in prima instantia, scut. quatuor.

75. Si in secunda instantia, sc. tria.

76. Si in tertia instantia, sc. duo.

77. Pro simili nota sententiae in alia causa, in qua veniret imponenda poena corporis afflictiva in prima instantia, sc. tria.

78. Si in secunda, sc. duo.

79. Si in tertia, sc. unum.

80. Pro simili nota sententiae absolutoriae definitivae in causa non capitali, & in qua non veniret imponenda poena corporis afflictiva in prima instantia, sc. duo.

81. Si in secunda scut. unum cum dimidio.

82. Si in tertia instantia sc. unum.

83. Pro simili nota sententiae declaratoriae in quavis causa, & instantia, scut. unum.

84. Pro nota sententiae definitivae in causa discussionis, recipiatur juxta importantiam causae arbitrio Judicis.

85. Pro nota decreti habentis vim sententiae definitivae in quolibet ex casibus praedictis

dictis, permittis tamen, & juxta reformationem Sanctissimi sub rubric. de *Notariis*, §. *Constitutionem*, capiatur pro medietate juxta taxam prædictarum sententiarum respective, & pariter si fuerint plures arbitrio Judicis.

86. Et in quolibet ex casibus prædictis, si fuerint plures pro nota sententiæ solvatur arbitrio Judicis.

87. Pro quolibet folio copiarum articulo- rum, vel jurium productorum, factæ in- star boni originalis, bon. sex.

88. Pro restitutione jurium, etiam si fuerint plura, & diverso tempore producta, bon. viginti quinque.

89. Pro restitutione rerum furtivarum Domino, etiam si fuerit necessarium man- datum, nihil.

90. Pro quolibet salvoconducto pro homicidio ad quodvis tempus, si forte dari contingat de mandato S.D.N. scut. unum.

91. Si pro alio minori delicto, jul. quin- que.

92. Pro decreto ad exequendum man- datum jam decretum revocationis, inhi- bitionis, vel sequestri, de consignando bona depositata, vel similis naturæ, unum cum fide, vel mandato desuper opportuno, bon. septem cum dimidio.

93. Pro cassatione cujuslibet simplicis fidejussionis, obligationis, vel querelæ, n. casibus permittis, jul. unum.

94. Pro cassatione similis fidejussionis, vel querelæ ubi sequutus fuerit processus, vel examen inquisiti, non tamen condem- natio in casibus permittis, jul. duo.

95. Pro cassatione similis fidejussionis, vel obligationis in causâ gravi, & pro per- sona illustri, attendatur importantia ipsius causæ, & personæ inquisitæ, & stetur ar- bitrio Judicis, nisi partes fuerint inter se concordæ.

96. Pro cassatione processus in causâ capi- tali, scutum unum, & si fuerint plures, arbitrio Judicis.

97. Si in causâ minori, in qua tamen veniret imponenda poena corporis afflictiva, bon. septuaginta quinque, & si fuerint plures, arbitrio Judicis.

98. Pro cassatione processus in alia cau- sâ non capitali, & in qua non veniret impo- nenda poena corporis afflictiva, jul. quin- que, & si fuerint plures, arbitrio Judicis.

99. Pro cassatione processus in causâ gravi, & personæ illustri attendatur impo- rtantia causæ, & personæ, & stetur arbitrio Judicis, ut supra.

100. Pro instrumento sententiæ in cau- sâ capitali, sc. duo.

101. Pro simili instrumento in causâ, in qua tamen veniret imponenda poena corporis afflictiva, scut. unum cum dimi- dio.

102. Pro simili instrumento in causâ minori, scut. unum.

103. Pro instrumento sententiæ decla- ratoriæ abolitionis, vel decreti habentis vim similis sententiæ, jul. quinque.

104. Pro susceptione censurarum, vel

termini in judicio, bonon. quinque.

105. Pro fide cujuslibet actus Judicialis, jul. unum.

106. Pro fide decreti visitæ in die visitæ nihil, extra diem visitæ, bon. quinque.

107. Pro rogatu procuræ in officio, bon. quinque.

108. Si extra officium, jul. unum.

109. Pro expensis contumacialibus in causâ capitali ordinaria, in qua præceden- tibus indicis reus fuerit monitus, & in con- tumaciam condemnatus, scut. unum cum dimidio, & nihil ulterius a Fiscò, vel alio recipiatur.

110. Si in causâ non capitali, in qua ta- men modo præmissò reus sit in poenam cor- poris afflictivam condemnatus, scut. unum, & nihil ultra ut supra.

111. Si in alia minori causâ, in qua eod- em modo reus sit tantum in poenam pecu- niariam condemnatus, jul. quinque, & ni- hil ultra, ut supra.

112. Pro similibus expensis contuma- cialibus in causâ commissaria in primo capi- te ut supra, scut. duo, cum dimidio, & nihil ultra ut supra.

113. Si in secundo, scut. duo, & nihil ultra ut supra.

114. Si in tertio capite, scut. unum cum dimidio, & nihil ultra ut supra.

115. Si vero hujusmodi expensæ fue- rint in causâ gravi, vel pro persona illustri, exigatur juxta importantiam causæ, & qua- litatem personæ arbitrio Judicis.

116. Pro quibusvis aliis instrumentis, expeditionibus, & scripturis, quarum mer- ces in præsentî taxa non exprimitur, & etiam in præsentî, in quibus videlicet controversia inter Notarium, & partem oriri contigerit, stetur arbitrio Judicis, nisi aliter per reformationem Sanctissimi fuerit provisum, & Judex per se cognoscat, & ad Notarios non remittat.

117. In omnibus casibus prædictis, & aliis quomodolibet contingentibus pro pau- pere nihil penitus recipiatur, & de pauper- tate stetur relationi Domini Advocati, vel Procuratoris pauperum, & ubi opus fuerit loco copiarum indiciorum, vel jurium, ostend- antur originalia ipsi Domino Advocato, vel Procuratori dictorum pauperum gratis.

118. Eadem taxa præsentata servetur in quibusvis officiis criminalibus prædictis, etiam in causis mixtis, vel etiam civilibus a criminalibus dependentibus, aut in quibus de interesse Fisci agitur.

119. In aliis vero mere civilibus in eis- dem officiis tractandis, etiam in casibus prædictis, servetur taxa Notariis civilibus imposita.

Taxa Notariorum Curie Capitollie.

Reformatio hujus Curie legitur supr. in con- stit. CLXXXIX. §. 6.

De instrumentis publicis.

§. VII.

1. Pro publicis instrumentis quorum- cumque contractuum inter vivos, & quorumcumque testamentorum, & alia- rum ultimarum voluntatum, usque ad quantitatem, seu valorem scutorum viginti- quinque, recipiat Notarius, jul. tres.

2. A viginti quinque usque ad quinquaginta julios septem cum dimidio.

3. A quinquaginta usque ad centum, jul. decem.

4. A centum usque ad ducentos, alios jul. decem.

5. A ducentis usque ad mille, jul. quin- que pro quolibet centenariò.

6. A mille usque ad quamcumque sum- mam, bon. viginti quinque pro quolibet centenariò, dummodo non excedat sum- mam scutorum viginti quinque in totum.

7. Pro duplicato instrumenti publicati, recipiat Notarius a parte, si illa fuerit que habuit præfatum instrumentum, vel illius heres, ultra mercedem scripturæ, quin- tam partem ejus quod valeret prædictum instrumentum, dummodo non excedat summam scutorum decem in totum.

8. Pro particula testamenti, seu legati cum hæredis institutione, habeat Notarius a legatario juxta importantiam particule sui legati tantum, ut supra in primo capite.

9. Sed scriptus hæres ea particula quoad institutionem quoquo modo utatur, possit cogi per Notarium ad solutionem mercedis totius testamenti, dato tamen eidem instru- mento publico totius testamenti.

10. Si vero Notarius ab hærede de insti- tutione, aut toto instrumento testamenti fuerit satisfactus, legatarius quartam par- tem prædictæ summæ taxatæ pro particula solvere teneatur.

11. Pro instrumentis divisionum recipiat Notarius tertiam partem ejus quod ac- ciperet, si bona illa alienarentur.

12. Pro duplicatis illorum quintam par- tem ut supra Notarius recipiat, habendo rationem in prædictis ad excessivitatem scripturæ, super qua si esset controversia in- ter Notarium, & partem, stetur declarati- oni D. Senatoris.

13. Pro instrumentis emphiteuticis, vel livellariis perpetuis, aut censuariis, in quibus non esset apposta æstimatio rei, habeat No- tarius pro quantitate census, vel canonis, æstimando ad rationem scutorum quinque pro quolibet centenariò, prout in primo capite, ubi vero apposta est æstimatio rei, itidem, ut in primo capite.

14. Pro duplicatis hujusmodi instrumen- torum recipiat Notarius, ut in capite de instrumen- tis duplicatis superius fuit expres- sum.

15. Pro instrumentis quietationum si ipse Notarius de obligatione rogatus non sit, & est apposta certa quantitas, habeat tertiam partem ejus quod solveretur pro principali obligatione, ubi vero non est apposta certa quantitas, si res æstimari po- test, habeat Notarius prout supra declara- tum est, si vero æstimari non potest, stetur arbitrio D. Senatoris pro personarum, & rerum qualitate, qui in taxatione non ex- cedat summam scutorum decem, si vero fu- erit idem Notarius qui fuit de primæ obli- gatione rogatus, pro quacumque summa, si- ve fuerit expressa, si-ve non, recipiat Nota- rius non ultra, jul. quatuor.

16. Pro instrumentis publicis investitu- ræ, seu adeptionis possessionis, si-ve immissio- nis in illam, recipiat Notarius bon. triginta septem cum dimidio.

17. Pro rogitu investituræ in Urbe, ha- beat Notarius, jul. tres, extra mœnia Ur- bis, & infra duo milliaria, jul. quinque, & habeat eorum ad equitandum.

18. Si vero ultra dicta duo milliaria, ha- beat julios septem cum dimidio quolibet die, ultra expensas victus, & vesturas.

19. Pro instrumentis quorumcumque consensuum, ratificationum, accessionum, & similium, separatis a primo instrumento, cujuscumque sint summæ, & qualitatis, bonon. triginta septem cum dimidio.

20. Pro instrumento cassationis obli- gationis, recipiat Notarius, prout in quietationibus est dispositum, & pro quietatione, & cassatione uno contextu facta, sufficiat unica solutio.

21. Pro instrumentis locationis a decem annis citra, non excedentis annuam pensio- nem, seu assitum scutorum centum, bon. triginta septem cum dimidio.

22. A centum usque ad quamcumque summam, jul. septem cum dimidio.

23. Et si supra decennium, dummodo non fuerit contractus emphiteuticus, vel ex aliis prædictis expressis, recipiat Nota- rius tertiam partem mercedis expressæ in primo capite.

24. Pro instrumento tutelæ, vel curæ, cum inventario tutelari, jul. septem cum dimidio.

25. Pro instrumento actoriæ, jul. tres.

26. Pro instrumento aditionis hæredi- tatis cum inventario solemnî, ac bannimen- to, & edicto, habeat principalis Notarius, scut. unum.

27. Reliqui Notarii se subscribentes pro quolibet, bonon. decem.

28. Et ita servetur in his duobus postre- mis casibus, nisi essent hereditates multum opulentæ, quo casu de instrumento tutelari cum inventario, & de instrumento aditionis hereditatis plus recipiat Notarius arbi- trio D. Senatoris.

29. Pro rogitu instrumenti aditionis hæ- reditatis cum edicto, & bannimento, ac illorum reportatione, jul. quatuor.

30. Reliqui Notarii se subscribentes, bonon. quinque pro quolibet.

31. Pro instrumentis mandatorum ad li- tes,